Horum autem verborum debilium ſeu langvidorum, tot neceſſariò dantur ſpecies, formæ, modi ſeu Conjugationes; qvot dantur literarum debilium in radice, loca ſeu ſitus diverſi, qvi ſeptem omninò, neq; plures, neq; pauciores eſſe poſſunt. Aut enim radix aliqva, primam habet literam debilem, & hæc erit prima *ſpecies; aut ſecundam ſive mediam, & hæc erit* ſecunda *ſpecies; aut tertiam ſive ultimam, & hæc erit* tertia *ſpecies; aut primam & mediam conjunctim, & hæc erit* qvarta *ſpecies; aut mediam & ultimam, & hæc erit* qvinta *ſpecies; aut primam & ultimam, & hæc erit* ſexta *ſpecies, aut omnes tres literas, & hæc erit* ſeptima *ſpecies. Qvarum omnium ſpecierum tractatio, qvia fuſa nimis pro hiſce rudimentis eſſet, & meris conſtat, à verborum perfectorum flexione, exceptionibus, qvæ omnes ex crebrâ & diligenti authorum lectione annotari debent, ideò jure à me omitti poſſet. Ne tamen ſtudioſi hujus lingvæ hac in parte, tanqvam in* Labyrintho *qvodam à me derelicti videantur, placet illis* filum, *qvaſi* Ariadnes *porrigere, cujus beneficio faciliùs qvamlibet ſpeciem cognoſcere, & qvæ horum verborum in ſcriptis Arabicis invenerint, ad illam referre poſſint, donec ſuo tempore, & horum tractatio perfectior reddi qveat. Notandum eſt autem, his verbis eadem competere, qvæ in præcedentibus diximus, de formis ſeu ſpeciebus verborum purorum & impurorum, de activis & paſſivis, de* Paragoge & Apocope, *qvarundam literarum, &c. ne cum tædio ſæpiùs ea repetere cogar.*

Species verborum debilium.

.I. .II. .III. .IV. .V. .VI. .VII.

Pauciſſimis itaq; de qvalibet harum ſpecierum agam. Primæ, *ſpeciei, ſeu Conjugationis verborum debilium ſunt, qvæ primam literam radicalem habent debilem, ut* وَعَدَ, *qvæ verbis perfectis ſunt admodum ſimilia, iisdem enim gaudent, motionibus ſeu vocalibus. Notandum autem eſt verbum, qvòd* ا Aliph *literam habet, flecti more verborum perfectorum, qvòd hæc litera ſit gutturalis, non verò mollis, qvamvis interdum extra principium dictionis fiat lenior, Imò qvando duæ literæ* ا Aliph, *concurrunt in dictione, & poſterior qvieſcit, neceſſe eſt ut mutetur illa in literam mollem,*

De Specie ſeu Conjugatione verborum debilium. .I.

Regula.

cujus

qvibus dicetur lib.3.ſeq.memb.25. *Litera autem* و Vau, *in duabus tantùm, ſc.* يَفْعَلُونَ *&* تَفْعَلُونَ, *ac litera* ي Ia, *in* تَفْعَلِينَ *niſi, qvæ has præceſſerit litera, gerat* Phathhu, *ut* تَخْشَوْنَّ *&* تَخْشَيْنَّ. *Excipitur tamen* تَرَيِنَّ *pro* تَرَايِنَّ.

Infinitivorũ formæ. *Infinitivorũ formæ, à Grammaticis numerantur triginta qvatuor, de qvibus omnibus in hiſce rudimentis ſufficienter agere, plus confunderet hujus lingvæ ſtudioſos qvàm erudiret. Pleriq; autem Infinitivorum, cùm res ita fert, more Græcorum, poſſunt fieri nomina verbalia, ideoq; habent* Tenviin. *An ex hoc fundamento infrà* Lib 3. memb.30 *nulla ſit Infinitivi* Species eorum. *mentio? Sed* membr. 49. *Sunt autem Infinitivorum formæ,* aliæ *propriæ, verbis neutris,* aliæ *activis & tranſitivis, inſerviuntq; earum* qvædam, *verbis definitarum ſignificationum. De qvibus alio tempore,* σὺν θεῷ, *fuſiùs agam, ubi majorem, de circumſtantiis harum formarùm cognitionem aſſecutus fuero. Reſtant adhuc pau-*

Notæ de Participijs. *ca, ad Paradigma de Participiis, ſive nominibus agentis & patientis notanda. Sciendum itaq;,*

I. *I. Æqvalem eſſe aliqvando formam Participii activi & paſſivi, ut* مُنْصَبٌ *pro* مُنْصَبٌ, *& ſimilibus, qvæ etjam variari poteſt, pro- ut uſus poſtulat.*

II. *II. Tranſitionem Participij fieri per* Gſerru, *de qvâ re ſuprà paulò antè Paradigma egi, & tunc mutatur ſignificatio per Pronomen, eodem manente Participio.*

III. *III. Verbum, ſuſcipiens augmentum trium literarum, ſuſcipit literam Participii* م Mim, *cum* Dshammu, *loco literæ futuri, & litera penultima, in activo afficitur* Keſru, *ut* مُضَرِّبٌ *in paſſivo* Phathhu, *ut* مُضَرَّبٌ.

Tempeſtivum itaq; nunc eſſe videtur, Dictis hiſce de verborum perfectorum Conjugatione, ad Imperfectorum Verborum tractationem accedere, qvæ, qvia in hâc lingvâ dantur duplicia, ceu ſuprà in ſpecie verborum dixi; Priùs agam de verbis Imperfectis,

De verbis Imperfectis debilibus. *qvæ ob literas debiles* اوى, Debilia *dicuntur, deinde de illis, qvæ ob literã geminatam* Geminata *ſeu* ſurda *dicuntur. Verbum au-*

Verbum debile qvid? *tem debile ſeu langvidum dicitur* اَلْمُعْتَلّ *ab* عَتَل, *qvod factum eſt ab* علل, *de qvo in Lexico meo dicetur. Eſt autem verbum debile, qvod aliqvam literam radicalem habet debilem.*

aſſumtione aut rejectione, Ita enim aſſumunt per paragogen, verba literam ن Nun, *vel ornatus, vel ſignificationis intendendæ gratiâ, idq; dupliciter, vel ad literas leves, tumq; qvieſcent, vel graves, idq; cum* phathhu, *excepto ſi verbum illud habuerit ſibi proprium* ن Nun *grave, ſc. in duali maſculino, ſemper enim dicas* اِضْرِبَانِّ, *& plurali fœminino* اِضْرِبْنَانِّ. *in qvibus ſemper eſt* Keſru. *Poſterioris autem* ا Aliph *penultimum, inſeritur diſcriminis ergò, inter plura* Nun, *neq; competit his levitas, ſeu abſentia puncti* Teſqiilu; *concurrerent enim duæ literæ qvieſcentes, qvod non in uſu eſt, niſi cùm prima litera fuerit, protractionis, de qvibus dixi, ſuprà* l. 1 pag. 37. *& ſecunda litera habuerit punctum* Teſchdiidu, *ut in* دَابَّة. *Paradigma itaq; futuri Imperativi aſſumpto* Nun *gravi, tale eſto.*

Plur.	*Dual.*	*Singul.*		
يَضْرِبُنَّ	يَضْرِبَانِّ	يَضْرِبَنَّ	*Maſc.*	*Tertiæ perſonæ.*
تَضْرِبْنَانِّ	تَضْرِبَانِّ	تَضْرِبَنَّ	*Fœm.*	
اِضْرِبُنَّ	اِضْرِبَانِّ	اِضْرِبَنَّ	*Maſc.*	*ſecundæ perſonæ.*
اِضْرِبْنَانِّ	اِضْرِبَانِّ	اِضْرِبِنَّ	*Fœm.*	

Aſſumto verò Nun *levi, tale.*

Plur.	*Dual.*	*Singul.*		
يَضْرِبُنْ	يَضْرِبَانْ	يَضْرِبَنْ	*Maſc.*	*Tertiæ perſonæ.*
تَضْرِبْنَانْ	تَضْرِبَانْ	تَضْرِبَنْ	*Fœm.*	
اِضْرِبُنْ	اِضْرِبَانْ	اِضْرِبَنْ	*Maſc.*	*ſecundæ perſonæ*
اِضْرِبْنَانْ	اِضْرِبَانْ	اِضْرِبِنْ	*Fœm.*	

Unde patet, ultimam verbi ſingularis Maſculini & Fœminini tertiæ perſonæ, affici Phathhu; *Pluralis autem Maſculini* Dhammu, *& ſecundæ perſonæ ſingularis Fœminini* Keſru. *Abjicitur autem per apocopen eadem litera* ن Nun, *in perſonis qvinq;, de qvibus*

	Plur.	Dual.	Singul.	
Maſcul.	أُنْصُرُوا	أُنْصُرَا	أُنْصُرْ	} ſecundæ perſonæ.
Fœmin.	أُنْصُرْنَ	أُنْصُرَا	أُنْصُرِي	

Exceptio. *Excipitur* أَكْرِمْ, *ubi* ا Aliph *afficitur* Phathhu *ſubſtituta in locum* ء *omiſſæ literæ. Diceretur enim* أُؤَكْرِمْ *pro* تُكْرِمْ. *Porrò obſervandæ ſunt cautelæ ſeu notæ quædam in verborum formationibus.*

Notæ in verborum formationibus.

I. *I. De mutatione literarum, quæ maximè fit in formâ* اِفْتَعَلَ *ſi videlicet fuerit prima litera radicalis* ص Shad, *aut* ض Dshad, ط Tha, *aut* ظ Thdsha, *tunc enim in omnibus quæ ab his radicibus, formabuntur in hâc formâ* اِفْتَعَلَ *litera* ت Ta, *mutabitur in* ط Tha, *qvâ de re mentionem feci* lib. præcedente primo, pag. 39. *Si verò prima litera radicalis fuerit* د Dal, *aut* ذ Dſal, *aut* ز Zain, *tunc idem* ت Ta, *mutabitur in* د Dal, *ut, à radice* صلح *non dices* اِصْتَلَحَ *ſed* اِصْطَلَحَ *neq; à radice* ضرب, *dices* اِضْتَرَبَ *ſed* اِضْطَرَبَ, *& à* طرد *non* اِطْتَرَدَ, *ſed* اِطَّرَدَ, *& à* ظلم, *non* اِظْتَلَمَ, *ſed* اِظَّلَمَ. *Ubi notandum, ipſam etjam literam* ظ Thdsha, *punctum amittere, & mutari in* ط Tha. *Idem fiet in radice* دري *nam non dices* اِدْتَرَأ, *ſed* اِدَّرَأ, *& à radice* ذكر, *non* اِذْتَكَرَ *ſed* اِدَّكَرَ, *cum* د Dal, *non* ذ Dſal, *& à* زجر, *non dices* اِزْتَجَرَ *ſed* اِزْدَجَرَ, *&c. Ubi obiter notent ſtudioſi, qvantùm unius punctuli mutatio in hâc lingvâ valeat, qvod tamen indoctiores amanuenſes Arabum rarius obſervant, ceu ex pleriſq; MSS. apparet.*

II. *II. De concurſu duplicis* ت Ta, *in principio futuri formarum,* تَفَعَّلَ, *&* تَفَاعَلَ, *&* تَفَعْلَلَ, *plerumq; enim oportet eas retinere. In qvibusdam tamen verbis una earum rectè abjicitur, ut* تَصَدَّى *pro* تَتَصَدَّى *&* تَلَظَّى *pro* تَتَلَظَّى *& ſimilibus.*

III. *III. De literarum qvarundam informationibus verborum, aſſumtione*

activo eſt, يَنْصُرُ. Notandumq; eſt, interdum futuri formationem variari in oratione, à particulis Neshbu & Gſezmu-inducentibus, tàm qvò ad motiones, qvàm qvò ad literam ultimam ن Nun, qvando non eſt Characteriſtica. De qvâ re dicentur qvædam lib. ſeq. 3. memb. 34. & 35. Si enim accedant particulæ Gſezmu-inducentes, auferetur motio ſingularis maſculini, & ejuſdem ن Nun dualis & pluralis, nec non ſingularis fœminini ſecundæ perſonæ. Qvia verò ن Nun pluralis fœminini eſt Characteriſtica, ideò non abjicitur, ceu dictum eſt. Sciendum qvoq; à præterito activo qvatuor literarum, primam literam futuri, loco Phathhu ſemper recipere Dshammu, ut يُفَعْلِلُ non يَفَعْلِلُ. Duplex porrò apud Arabes habetur Futurū, 1. quo præſens exprimunt, ut يَفْعَلُ الآنَ faciet nunc, vocantq; حَضِرًا & حَلًا 2. quo futurum ſeu venturū exprimunt, ut يَفْعَلُ غَدًا faciet cras, vel cum ei additur س Sin, aut سَوْفَ Seuphe, ut سَيَفْعَلُ aut سَوْفَ يَفْعَلُ Facturus eſt, (:ſc. tandem:) de qvibus particulis dicetur qvoq; lib. ſeq. 3. memb. 3.

Nota.

Nota.

Arabibus futurū duplex eſt.

Futurum autem Imperativi ſecundæ perſonæ, propriè formatur ſecundùm analogiam Futuri affecti Gſezmu; idq; cum Keſru, ſeu Gſerru; Et, ſi litera qvæ futuri literam ſeqvitur, fuerit mobilis, excidet litera futuri, remanebitq; forma futuri affecti Gſezmu, ut Futurum Imperativi.

Nota de futuro Imperativi ſecundæ perſonæ.

Plur.	Dual.	Singularis.		
فَرِّحُوا	فَرِّحَا	فَرِّحْ	Maſcul.	ſecundæ perſonæ
فَرِّحْنَ	فَرِّحَا	فَرِّحِي	Fœmin.	

Si verò litera illa fuerit qvieſcens, tunc abjicietur ab eo litera futuri, remanebitq; forma futuri affecti Gſezmu, additâ in principio ا Aliph, conſecutionis cum Keſru, niſi ſecunda litera futuri ſit cum Dshammu, nam tunc afficietur Dshammu, Exempli gratiâ. Futurum Imperativi.

Plur.

tuor,ſive qvinq́,ſive ſex literarum, ut انفعل افعلّ فعلل
اَسْتَفْعَلَ افعوعل *&c. Non obſtantibus vocalibus ſeu motio-*
Nota de Aliph. *nibus literæ* ا Aliph. *in principiis,nam non ſunt radicales, ſed ad-*
ditæ tantùm, ac in progreſſu & ſtatu orationis excidunt,qvamvis
De verbis paſſivis. *in principio maneant. Verba paſſiva ſeu patientia eodem modo fle-*
ctuntur in præterito, mutatis tantùm vocalibus literæ primæ,
Phathhu *nimirùm in* Dshammu, *& penúltimæ literæ, in* Keſru,
ſeu Gſerru, *ut* فُعِلَ *&c. Aut cum in literâ primâ augment*
fuerit Dshammu, *ceu in illis qvæ* ا Aliph *in principio habent, ſe-*
qveturq́ iſtam literam Dshammu *gerentem*, Hemzetulveshli. *de*
qvo vide libro præcedente 1. pag 94 *ut* اُجْتُمِعَ اُنْتُقِلَ. *Fu-*
De futuro. *turum, ut apparet, fit à radice ſeu præterito,*
præponendo aliqvam ex literis hiſce qvatuor ا. Aliph, ن Nun,
ت Ta, ي Ja. *qvæ poſſunt, pro diverſâ locatione his dictionibus*
comprehendi, اَنَيْتُ *de qvâ, vide* lib. ſeq. 3. memb. 33. *vel* اَتَيْنَ
vel تنتا *vel* تنَاي *vel* تاَتي *vel* يَاتن *vel* نَاتي *vel*
اذق *vel* نايت *vel* يانت *vel* تاين *vel* ذنيا *vel*
&c. quarum tamẽ priore, ut plurimùm utuntur Grammatici.
Eſt autem ا Aliph, *nota ſingularis primæ perſonæ, generis com-*
munis. ن Nun, *ejuſdem pluralis.* ت Ta, *eſt ſecundæ perſonæ u-*
triusq́ generis, & omnium numerorum, nec non tertiæ perſonæ fœ-
min. ſingul. & dualis. ي Ja, *eſt tertiæ perſonæ Maſcul. omnium*
Nota. *numerorum, & ejuſdem perſonæ fœmin. pluralis. Obſervandum ta-*
men, id qvod ſuprà pag. de diverſitate motionis ſeu vocalis, mediæ
literæ radicalis in futuro dixi. Hoc enim verbum, qvod ex ſeq. lib
3. m. 30. *pro Paradigmate appoſui, eſt, in* DAVID. *Alia autem*
ut نَصَرَ *&c. ſunt in* BARUC, *ideoq́ in futuri mediâ literâ radi-*
cali non habet Keſru, *ſed* Dshammu, *ut* يَنْصُرُ *&c. Alia in*
NATHAN, Phathhu, *&c. Qvare diverſitates formationis*
probè obſervandæ ſunt. De qvibus alio forſan tempore plura di-
cam. Paſſivum verò ſeu patiens futurum, fit, ab activo translato
Phathhu *literæ primæ in mediam, &* Dshammu, *mediæ activi, ſi*
Dshammu *fuerit, in primam futuri; hoc modo* يُنْصَرُ *qvod in*
activo

Paradigma Participiorum, ſive Nominum.

I. اَلْفَاعِلُ, *id eſt*, Agentis.

Pluraliter. Dualiter. Singulariter.

ضَارِبٌ ضَارِبَانِ ضَارِبُونَ Maſcul.

vel ضَارِبَيْنِ vel ضَارِبِينَ

vel ضُرَّابٌ

vel ضُرَّبٌ

ضَارِبَةٌ ضَارِبَتَانِ ضَارِبَاتٌ Fœmin.

vel ضَارِبَتَيْنِ vel ضَوَارِبُ *ſine tenvin.*

II. اَلْمَفْعُولُ *id eſt*, patientis.

Pluraliter. Dualiter. Singulariter.

مَضْرُوبٌ مَضْرُوبَانِ مَضْرُوبُونَ Maſcul.

vel مَضْرُوبَيْنِ vel مَضْرُوبِينَ

مَضْرُوبَةٌ مَضْرُوبَتَانِ مَضْرُوبَاتٌ Fœmin.

vel مَضْرُوبَتَيْنِ vel مَضَارِيبُ *ſine tenvin.*

Nunc ſingulis hiſce παραδείγμασι, *neceſſarium eſſe videtur, pauca qvædam addere, qvæ nobis cognita ſunt, de eorum derivatione, ſeu etjam de varietate, vel exceptionibus harum formationum.* (Notæ qvædam.) *De* Phathhu *itaq; præteriti, &* Rephau *ſeu* Dshammu *Futuri, nec non* Gſezmu *Imperativi, videbimus qvædam* lib. 3. ſeqvente, membro 31. 32. & 33. *Literas characteriſticas numerorum, qvilibet facilè cognoſcere poteſt.* (Literæ characteriſticæ.) *Singularis enim pro diverſitate radicum eſt valdè varia. Dualis, eſt* ا Aliph, *Pluralis*, و Vau, *in maſculinis, &* ن Nun, *femininis, qvæ nunqvam abjiciuntur, etſi in oratione accedant dictiones mutantes futuri formationem, de qvibus dicetur* lib. ſeq. membr. 33. & 34. *Flectuntur autem ad eandem normam, omnia reliqva verba non debilia, ſive ſint qvatuor,*

Paradigma Indicativi Futuri.

Pluraliter.	Dualiter.	Singulariter.		
نَضْرِبُ	—	أَضْرِبُ	*Commun. primæ perſonæ.*	
تَضْرِبُونَ	تَضْرِبَانِ	تَضْرِبُ	*Maſculin.*	*Secundæ perſonæ.*
تَضْرِبْنَ	تَضْرِبَانِ	تَضْرِبِينَ	*Fœminin.*	
يَضْرِبُونَ	يَضْرِبَانِ	يَضْرِبُ	*Maſculin.*	*Tertiæ perſonæ.*
تَضْرِبْنَ	تَضْرِبَانِ	تَضْرِبُ	*Fœminin.*	

Paradigma Imperativi Præteriti.

Pluraliter.	Dualiter.	Singulariter.		
اِضْرَبُوا	اِضْرَبَا	اِضْرَبْ	*Maſculin.*	*Secũdæ perſonæ.*
اِضْرَبْنَ	اِضْرَبَا	اِضْرَبْ	*Fœminin.*	
ضَرَبُوا	ضَرَبَا	ضَرَبْ	*Maſculin.*	*Tertiæ perſonæ.*
ضَرَبْنَ	ضَرَبَا	ضَرَبْ	*Fœminin.*	

Paradigma Imperativi Futuri.

Pluraliter.	Dualiter.	Singulariter.		
تَضْرِبُوا	تَضْرِبَا	تَضْرِبْ	*Maſculin.*	*Secũdæ perſonæ.*
تَضْرِبْنَ	تَضْرِبَا	تَضْرِبِي	*Fœminin.*	
يَضْرِبُوا	يَضْرِبَا	يَضْرِبْ	*Maſculin.*	*Tertiæ perſonæ.*
تَضْرِبْنَ	تَضْرِبَا	تَضْرِبْ	*Fœminin.*	

à ſine implicitè, erit ſex literarum, idq́ vel occultè, ut اِنْفَعَلَّ *vel manifeſtè, una à principio, altera in medio, ut* اِفْعَنْلَلَ *. Atq́ ſecundùm has verborum ſpecies, qvidam, Conjugationes diſtinxerunt, tot nimirùm harum conſtituentes, qvot horum verborum ſpecies ſunt, id qvod cuiq́ liberum relinqvo.* Tranſitio *verò verbo puro trium literarum, accidit tripliciter,* 1. *vel cum ſigno* Teſchdiidu, *ut à* فَرِحَ *id eſt,* gaviſus eſt, *verbo neutro fit,* فَرَّحْتُ *id eſt,* Lætificavi. 2. *Cum* ا Aliph, *ſeu* Hemzetu, *ut à verbo neutro* جلس *id eſt,* ſedit, *fit* اَجْلَسْتُ *id eſt,* ſedere feci. 3. *Cum* Chepdſu, *ſeu,* Gſerru, *in verbis qvibuſdam, ut* اِنْطَلَقْتُ بِهِ *&* ذَهَبْتُ بِزَيدٍ. *Tempeſtivum porrò nunc eſſe videtur, Paradigma, Conjugationis verborum non debilium adſcribere, ſit itaq́ idem, qvod* Lib. ſeq. 3. membro 37. *proponitur, qvod tamen neqvaqvam regulæ Polycleti exqviſitiſſimæ ſimile eſſe putes., ſed ubiq́, maximè verò in Imperativo, & omnibus vocalibus, ſcias fortè adhuc limam admittere poſſe, qvam nunc exqviſitiùs adhibere, multiformes meæ mihi non permiſerunt occupationes.*

Aliorum diſtinctio Conjugationum.

Tranſitio verbi puri trium literarum.

Paradigma Indicativi Præteriti.

PARADIGMA.

	Pluraliter.	Dualiter.	Singulariter.		
Juvit. Defendit. Patrocinatus eſt.	ضَرَبْنَا		ضَرَبْتُ	*Cõmun: primæ perſonæ.*	
	ضَرَبْتُمْ	ضَرَبْتُمَا	ضَرَبْتَ	*Maſcul.*	*Secundæ perſonæ.*
	ضَرَبْتُنَّ	ضَرَبْتُمَا	ضَرَبْتِ	*Fœmin.*	
	ضَرَبُوا	ضَرَبَا	ضَرَبَ	*Maſcul.*	*Tertiæ perſonæ.*
	ضَرَبْنَ	ضَرَبَتَا	ضَرَبَتْ	*Fœmin.*	

Paradigma

Septima.

SEPTIMA *Conjugatio poſſet conſtitui verborum, qvatuor literis radicalibus conſtantium. Anteqvàm autem Paradigma Conjugationum adſcribam, volo pauca annotare, de ſpeciebus ſive formis verborum impurorum, ſeu augmentum ſuſcipientium; Et qvot modis tranſitio verbis Arabicis accidat.*

Species verbi trium literarum augmentum ſuſcipiẽtis. Prima. Secunda. Tertia.

Species *itaq; verbi trium literarum, augmentum ſuſcipientis, tres ſunt, ratione numeri literarum, qvæ per augmentum ſuſcipiuntur.* 1. *Si enim litera unica acceſſerit, erit literarum qvatuor, hoc fit dupliciter, vel implicitè ſeu occultè per ſignum* Teſchdiidu, *ut* فَعَّلَ, *vel explicitè, ſeu manifeſtè, qvod viciſſim fit dupliciter, aut à principio, ut* أَفْعَلَ, *aut in medio, ut* فَاعَلَ. 2. *Si verò duæ literæ acceſſerint; erit qvinq; literarũ, qvod viciſſim vel occultè fit, ut* تَفَعَّلَ *in mediâ, aut* اِفْعَلَّ *in ultimâ; vel manifeſtè, idq; aut à principio; ut* اِنْفَعَلَ *aut in medio, ut* اِفْتَعَلَ *&* تَفَاعَلَ. 3. *Si verò tres literæ acceſſerint, erit ſex literarum, idq; viciſſim vel occultè, ut* اِفْعَوَّلَ *in mediâ, aut* اِفْعَالَّ *in ultimâ; vel manifeſtè, atq; hoc tripliciter, aut à principio, ut* اِسْتَفْعَلَ, *aut in medio & principio, ut* اِفْعَوْعَلَ, *&* اِفْعَنْلَلَ, *aut in principio, medio & fine, ut* اِفْعَنْلَى. *E qvibus patet, qvasdã eſſe verborum gravium, qvæ nimirum ſignum gerunt* Teſqiilu, *ſeu* gravitatis, *qvaſdam* Techphiiphu, *ſeu* levitatis, *in qvibus nimirum ſignum illud abeſt.*

Verborum ſignificationes.

Ex his itaq; verborum ſpeciebus ſeu formis, variæ eorundem oriuntur ſignificationes, *qvæ ipſo uſu & obſervatione addiſcendæ ſunt, magisq; ad ſignificationis verborum explicationem; qvæ è Lexicis, non ex hiſce rudimentis petenda, pertinent, qvàm ad eorundem flexionem ſeu conjugationem.*

Species verbi qvatuor literarum augmentũ ſuſcipiẽtis. Prima. Secunda.

Species *autem verbi qvatuor literarum, augmentum ſuſcipientis, tantùm duæ eſſe videntur, qvòd vix aliqvod verbum Arabicum in ſingulari præteriti, tertiæ perſonæ Maſculini, obſervaverim excedere numerum ſex literarum. I. Si igitur litera unica acceſſerit, erit literarum qvinq;, ut,* تَفَعْلَلَ *neq; memini me obſervaſſe alterum modum occultum ſc.* فَعْلَّلَ *aut* فَعْلَلَّ. *II. Si verò duæ literæ acceſſerint,* una *à principio explicitè,* altera, *à fine*

radicalis, numerum Conjugationum hujus lingvæ, conſtituere. Sit itaq; Arabum Conjugatio PRIMA, *qvæ in præteriti ſive radicis literâ mediâ habet* Phathhu, *ut* فَعَلَ *& Futurum ejus habet in eâdem literâ* Dshammu, *ut* يَفْعُلُ, *additâ tamẽ à principio characteriſticâ futuri* ي Ja. Conjugatio prima.

SECUNDA, *qvæ in præteriti, ſive radicis literâ mediâ, itidem habet* Phathhu, *ut* فَعَلَ, *& Futurum ejus habet in eâdem literâ* Keſru, *ut* يَفْعِلُ. Secunda.

TERTIA, يَفْعَلُ *qvæ in præteriti ſive radicis literâ mediâ, itidem habet* Phathhu, *& Futurum ejus, illud ipſum in eâdem literâ retinet, qvod plerumq; fit, ſi ſecunda aut tertia litera radicis, ſit una ex Gutturalibus, ut* يَمْنَعُ, *& in verbo* أَبَى, *qvod futurum habet* يَأْبَى *qvamvis neq; ſecundam, neq; tertiam habeat gutturalem.* Tertia.

QVARTA, *qvæ in præteriti, ſive radicis literâ mediâ, habet* Keſru, *ut* فَعِلَ, *& Futurum ejus, in eâ literâ* Phathhu, *ut* يَعْلَمُ. Quarta.

QVINTA, *qvæ tàm in mediâ literâ præteriti, ſeu radicis, qvàm Futuri, habet* Keſru, *ut* نَعِمَ يَنْعِمُ. Qvinta.

SEXTA, *qvæ tàm in mediâ literâ præteriti, ſeu radicis, qvàm Futuri, habet* Dshammu, *ut* فَعُلَ يَفْعُلُ. *Atq; ita apparet, in* primâ *Conjugatione Mediam literam præteriti, habere* Phathhu, *& futuri* Dshammu, *qvod Poſtellus memoriæ ergò nomine* BARUC, Phathhu, *nimirum per* A, *&* Dshammu *per* U *ſignificans, indicare voluit, id qvod & mihi non diſplicet. In* ſecundâ, *mediam literam præteriti habere* Phathhu, *futuri* Keſru, *qvod ſimiliter Poſtellus nomine* DAVID, Phathhu *videlicet per* A, & Keſru *per* I *ſignificans, indicare voluit. In* tertiâ, *mediam literam tàm præteriti, qvàm futuri habere* Phathhu, *id qvod per nomen* NATHAN *indicatur. In* qvartâ, *mediam literam præteriti habere* Keſru, *futuri* Phathhu, *qvod nomine* ISHAC *indicatur. In* qvintâ, *mediam literam tàm præteriti, qvàm futuri habere* Keſru, *qvod per verbum* DIXIT, *indicatur. In* ſextâ, *mediam literam tàm præteriti, qvàm futuri habere* Dshammu, *qvod per Pronomen* TUUM indicatur.

SEPTIMA,

1. Conjugatio, eſt verborũ vel perfectorum, vel Imperfectorum.

Cur priùs de perfectorum verborum Conjugatione agatur?

CONJUGATIONES; *verborum ſunt duplices;* Aliæ *perfectorum ſeu non debilium;* Aliæ *imperfectorum ſeu debilium. De Perfectorum autem Conjugatione, priùs agam, cum rectum ſit ſui, & obliqui index, ita etjam perfectum erit ſui & imperfecti index. Volui porrò, facilioris doctrinæ gratiâ, qvamvis unicum ſit Conjugationis perfectorum verborum paradigma, tot eorundem conſtituere Conjugationes, qvot dantur trium motionum, ſeu vocalium Arabicarum combinationes in mediâ literâ radicali, Præteriti & Futuri, cujus literæ puncti ratio, omnium eſt apud Arabes difficilima, neq; poteſt, niſi ſolo uſu, cognoſci, qvoniam Grammatici nondum hanc certis ordinibus incluſerunt. Quod ſi tamen aliqvis, nolit has præteriti & futuri variationes, dicere diverſas Conjugationes, ſed unius conjugationis varias temporum formationes, non multùm cum eo litigabo, mihi enim nunc, ut dixi, facilioris doctrinæ gratiâ ita libuit.*

Conjugatio alia eſt gravis, alia levis.

Nota.

Conjugationum verò omnium, alia eſt Gravis, *qvando verbum, qvod conjugatur, habet punctum* أَلتَّثْقِيلْ Atterſqiilu, *id eſt*, gravitatis, *de qvo puncto vide ſuprà* Lib. 1. pag. 91. *Alia* levis, *qvando verbum qvod conjugatur, omninò hoc puncto caret. Quod ſi qvis alio modo Conjugationes conſtituere velit, per me licebit.*

Cõjugationes Arabicę poſſent variè diſtingvi.

Neminem enim unqvam vidiſſe me recordor, qvi Arabũm Conjugationes expreſſè diſtinxerit; verbi gratiâ, poſſent duæ *tantùm Conjugationes conſtitui,* Una, *verborum trium literarum radicalium;* Altera *qvatuor. Vel* una *verborum purorum, ſeu Incrementum non ſuſcipientium,* Altera *non purorum, ſive Incrementum ſuſcipientium. Vel* tres, *qvarum* prima *dici poſſet non debilium,* altera *debilium,* tertia *ſurdorum vel geminatorum. Imò etjam* duæ *tantùm dici poſſent,* prima *nimirum verborum tranſitivorum,* altera *non tranſitivorum. Qvidam qvoq;* tot *facere videntur, qvot ſunt ſpecies verborum, maximè impurorum. Qvia tamen pleræq; lingvæ aliæ, ſuas conjugationes, vel per characteriſticas litteras præſentis, ut Græci; vel infinitivi ut Latini, aut mutatione vocalium & augmento, ut Hebræi, (qvorum morem libentiſſimè ſecutus fuiſſem, ſed vix ſuccedere voluit, per me licebit aliis, idem meliore ſucceſſu tentare), diſtinxerunt: placuit mihi, periculum facere, per vocales mediæ literæ radicalis,*

affici literâ ن Nun, *vel* ſuſcipere literam ن Nun, *qvod verbum â Grammaticis formatum eſt*, *à nomine*, *literæ vigeſimæ qvintæ Alphabeti Arabici*, *ceu dixi* Lib. 1. Grammatices *præcedente*, pag. 80. Tandem, *verbum aliud eſt qvod flectitur, ſeu conjugatur, ut pleraq́, aliud qvod non flectitur, ſeu conjugatur, ut* بِئْسَ. *Aliud item eſt regulare, aliud irregulare, ſeu ἀνώμαλον*, &c. Qvod conjugatur. Qvod non conjugatur. Regulare. Irregulare.

ATQVE his ſpeciebus contentus in præſentiâ ero. Licet enim, ceu patebit paulò pòſt, ex variis formis verborum incrementum ſuſcipientium, variæ conſtitui poſſent ſpecies, tamen eæ in his rudimentis, ſtudioſum lectorem potiùs onerarent, qvàm erudirent maximè, cùm pleræq́ ad modò dictas, in primis ad Tranſitiva, qvæ admodùm varia ſunt, referri poßint, aut ex his oriantur.

TEMPORA; *apud Arabes, ut & alias orientales, duo tantum habentur*, Præteritum *nimirum*, *qvod vocant* مَاضٍ, *vel* الماضي *ceu patebit infra* Lib. 3. memb. 30. *qvo non tantùm reliqvarum lingvarum Imperfecta & Plusqvamperfecta tempora exprimunt, ſed ipſum etjam non raró tempus præſens, id qvod ex ſenſu facilè patet. Et* Futurum, *qvod appellant* مُضَارِع, *ceu ex modò dicto loco libri ſeqventis patebit, qvo etjam interdum præſens exprimunt.* 3. Tempus. Præteritum. Futurum.

MODI; *apud Arabes tres dari poſſunt:* Indicativus, Imperativus & Infinitivus, *Cur autem in modò allegato loco* Libri 3. *Infinitivi nulla ſit mentio? Optativum & Conjunctivum aliarum lingvarum exprimunt, ut plurimum Imperativo & Indicativo, ceu infrà paucis monſtrabitur.* 4. Modus. Indicativ. Imperativ. Infinitivus.

FIGURA; *pleraq́ verba Arabum, videntur eſſe ſimplicia, niſi qvis, incrementum ſuſcipientia, velit dicere compoſita, ut* تفعل استفعل *&c. Si tamen alia qvædam fuerint compoſita, uſus facilè docebit.* 5. Figura.

PERSONAE; *ut & aliarum lingvarum, tres ſunt.* Prima, *eſt generis communis*, Secunda & Tertia *eſt*, *aut generis Maſculini, aut Fœminini, qvod ſemper exit in* ت Ta. 6. Perſonæ.

NUMERI; *ſunt tres*; Singularis, Dualis, & Pluralis, *De qvorum formatione, terminationibus, &c. meliùs Paradigma ſtudioſos, qvàm regulæ informare poſſunt.* 7. Numerus.

CONJU-

orientalibus, conſideratur. Primò, *ratione verbi, & ita verbum*
Activum. *aliud eſt* activum, *cujus agens nominatur, ſeu qvod actionem ſigni-*
Paſſivum. *ficat; aliud* Paſsivum, *cujus agens non nominatur, ſeu qvod paſsio-*
Neutrum. *nem ſignificat, & hæc utraq; poſſunt fieri trāſitiva; aliud* Neutrum,
qvod rariùs poteſt fieri tranſitivum, & propemodum paſsionem ſi-
gnificat. Deinde, *ratione Individuorum, de qvibus verba dicun-*
Maſculinū. Fœmininū. Commune. *tur, atq; ita verbum aliud eſt* Maſculinum, *aliud* Fœmininum,
aliud Commune.

2. Species. Verbum aliud eſt purum. Impurum. Trium, qvatuor aut plurium literarum.
SPECIES, *verbi, in hâc lingvâ, variè conſiderari poteſt. Primò;* ratione augmenti, *alia enim verba ſunt pura, vel augmentum non ſuſcipientia. Secundò;* Ratione numeri *literarum; atq; ita omne verbum purum, conſtat, aut tribus literis radicalibus, hocq; vel actu, ut* فعل *&c. vel potētiâ, ceu in verbis geminatis ſeu ſurdis, ut* مدّ *id eſt,* Extendit, *&c: infrà patebit; aut qvatuor, ut* فعلل. *Omne autem verbum impurum, à verbo puro, trium literarum ortum, eſt, aut qvatuor, aut qvinq;, aut ſex literarum; à verbo autem puro qvatuor literarum, eſt, aut qvatuor, aut qvinq;, aut ſex, aut plurium literarum.* Terriò; *verba alia ſunt perfecta, qvæ ex*
Perfectum.
tribus perfectis literis radicalibus conſtant, ut خرق, *id eſt,* lace-
Imperfectū. ravit, *&c. alia imperfecta, aut ob literas debiles* ا و ي, *ut* اسر;
id eſt, vinxit, ligavit, *qvæ debilia dicuntur, aut ob geminatas, ut* جرّ *id eſt,* attraxit, *qvæ geminata ſeu ſurda dicuntur. Atq; hæ*
Nota. *ſpecies maximè notandæ ſunt, propter varietatē Conjugationum.*
Tranſitiva. Qvartò; *verba etjam alia ſunt tranſitiva, qvæ tranſitionem habent ad id, qvod patitur, ut* ضَرَبَتْ زَيدًا percuſsit maritum, *hujuſmodi verbum qvoq; dicitur,* وَاقِعٌ *id eſt,* Cadens, *qvaſi cadens in alium; nec non* مُجَاوِزٌ Tranſiens; *alia non Tranſitiva, ſeu (ut qvidam vocant),*
Non tranſitiva. *intranſitiva, qvæ non tranſeunt agentem, ut* حَسَنَ زَيدٌ Doluit zeidun; *hujuſmodi verbum qvoq; dicitur;* غَيرُ وَاقِعٍ *id eſt,* non cadens, *ſc. in alium; nec non* لَازِمٌ *id eſt,* immobile, inſeparabile, *ſeu* adhærens. Qvintò; *verbum, aliud eſt*
Primitivū. *Primitivum, qvod non aliunde ortum eſt, ut* فعل, *aliud Deri-*
Derivativū. *vativum, qvod aliundè originem ducit, ut* دُفِنَ *id eſt,*
affici

difficili aliqvando, aliqvod appareat principium, qvod, qvamvis Poſtellus *poſuiſſe videtur, qvia tamen, ille labor in pauciſſimorum manibus eſt, & qvantum ego recordor, dum olim mihi ad manus eſſet, (periit enim, antè aliqvot annos, non paucis cum aliis ſimilis argumenti ſchedis ac opuſculis, caſu inſperato), vix primis, qvod dicitur, digitis, hanc rem tetigiſſe videtur. Ut itaq; rem ipſam aggrediar, absq; omnibus, qvantum fieri poteſt, ambagibus, aſſumo, id qvod ſuprà* pag. 20. lib. 1. Grammatices meæ Arabicæ, *jam monui, Arabes, ceu & alias gentes ferè omnes, tres primarias habere orationis partes;* VERBUM *nimirum,* NOMEN & DICTIONEM CONSIGNIFICATIVAM, *qvæ qvibus notis apud Arabes cognoſcantur, dicetur libro ſeqvente tertio, primis qvatuor membris, à qvarum artificioſâ flexione, mutatione, ac converſione, nec non diverſo modo utendi, pro ratione variarum intentionum, qvæ hujuſmodi mutatione tantùm exprimi poſſunt, Arabibus* Grammatica *dicitur* التصريف *id eſt,* Converſio, *à radice* صرّف flexit, convertit, movit, &c. *Nec non* النحو *à* نحو *id eſt,* modus, *ceu patebit infrà è* titulo lib. 3. *Prius autem de verbo agere decrevi, qvòd, qvamvis omnis res, qvæ nominibus appellatur, naturâ præcedat verbum, qvod aut actionem, aut paſſionem, aut utrumq; ejuſdem rei denotat. Qvia tamen, maximè in his orientalibus, ac meridionalibus lingvis, pleraq; nomina, à* radicibus *ſuis* (qvæ ut plurimùm eſt tertia perſona Præteriti ſingularis Maſculini), *deſcendunt, indeq; formantur. Jure itaq; optimo, imò ipsâ naturâ duce, principium, ſeu originem, principiato (ut qvidam loqvuntur) ſeu inde deducto, & cauſam, qvaſi effectu, præmittere videor.* VERBUM *Arabes appellant dictione* فعل *id eſt, egit. Et qvamvis hac primâ vice, Rudimenta ſeu adumbrationem potiùs Etymologiæ Arabicæ me ſcripturum, jam ſuprà dixerim, qvàm integram ſeu abſolutam Etymologiam. Tamen majoris evidentiæ cauſâ, conſiderabimus accidentia verbi, qvæ in reliqvis lingvis in eodem conſiderantur. Illa autem ſunt octo;* 1. Genus. 2. Species. 3. Tempus. 4. Modus. 5. Figura. 6. Perſona. 7. Numerus. 8. & Conjugatio.

Partes orationis Arabicæ.

Grammatica qvomodo & unde Arabibus dicatur.

Cur in hâc lingvâ priùs de verbo qvàm de nomine agatur.

VERBUM

Accidentia verbi.

GENUS *verborum in hâc lingvâ dupliciter, ut & in aliis orientalibus*

1. Genus.

GRAMMATICES ARABICÆ LIBER SECUNDUS,

SIVE

ETYMOLOGIA ARABICA.

Cur hic liber non citius editus fuerit.

MERITO SANE, OB SUMMAS DIFFICULTATES, *hactenus diſtuliſſe mihi videor, ſecundi hujus Gramatices Arabicæ libelli, ſcriptionem; imò non injuriâ me adhuc diutiùs differre rectè potuiſſe, procul dubiò haud imprudenter multi mecum ſtatuent. Qvantam enim, rem tantam, auſibus novis tentare, reqvirat* lingvæ cognitionem, *qvãtum in variarum diſciplinarum genere ſcriptoribus, ipſarumq́ rerum infinitâ qvaſi varietate,* exercitium; *Qvàm multiplicem deniq́ in figendis legibus ſeu regulis* dexteritatem, *nemo prudens eſt, qvi ignorat. Hæc autem omnia, in me eſſe admodum exigua, ingenuè fateor. Licet enim Lingvæ hujus Arabicæ, utilitates non tantùm infinitæ, ſed ipſa qvaſi totius Reipubl. literariæ neceſſitas, me ſummè inflammarint, ad ejuſdem cognitionem culturamq́; mediorum tamen, ad ſcopum hunc perveniendi difficultates, ſeu defectus potiùs, impediunt magnam hujus lingvæ cognitionem. Penuria ſcriptorum, per varias diſciplinas, maximam illam rerum varietatem tractantium, negat exercitium neceſſarium. Aut qvamvis autores mihi concederentur plurimi, ipſius tamen temporis me excluderet brevitas. Dexteritas varia, qvæ reqviritur in figendis artium ejuſmodi legibus ſeu regulis, qvàm ſit apud me exigua, vereor ne plus ſatis, in ſeqventibus, cuilibet, hæc legenti, manifeſtum futurum ſit. Jure itaq́ optimo, aliis, in hâc paleſtrâ, me magis exercitatis, prædictisq́ mediis, ad hoc negotium omninò neceſſariis, multò feliciùs inſtructis, relinqvere poſſem. Verùm cùm non paucorum virorum Clariſſimorum de conatibus hiſce meis, judicia graviſſima, conjunctim, cum amicorum qvorundam noſtrorum petitionibus, laborem hunc noſtrum deſiderent, flagitent, extorqveant, placuit eâ, qvâ fieri potuit diligentiâ* Rudimenta hæc Etymologiæ Arabicæ *breviſſimè conſcribere, ut in re tàm difficili*

Qvæ reqvirantur ad ſcribendam Grammaticam?

Cur aliis hic labor potiùs relinqvi potuiſſet.

Cur hic liber nunc editus?

PETRI KIRSTENI PHILOSO-
phiæ & Medicinæ Doctoris.

LIBER SECUNDUS GRAMMATICES ARABICÆ,

SIVE

ETYMOLOGIA ARABICA.

BRESLAE,
Cum Privilegio Cæſario
ad 20. Annos.

*Studio, typis ac ſumptibus
Authoris.*

ANNO
Eſt Mea CVra DeVs.

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.


RUDOLPHUS SECUNDUS divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & VVirtembergæ, &c: Comes Tirolis &c: Agnoſcimus & notum facimus vigore præſentium Univerſis, qvod cum nobis demiſsè ſignificarit, noſter & Sacri Imperij fidelis dilectus PETRUS KIRSTENIUS, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, ſeſe com̃uni rei literariæ bono, & præſertim publico eorũ commodo qvi vel Medicinæ operá navant, vel alias honeſto ſtudiorum deſiderio flagrant, diverſorum Artis Medicæ Profeſſorum, videlicet Avicennæ, Meſuis, Rhaſis, Albucaſis aliorumq; opera idiomate ipſis vernaculo, id eſt Arabico in lucem edere decreviſſe, eodemq; fine, & pro faciliore eiusdem lingvæ captu non ita pridem Grammaticam Arabicam ſuis ſumptibus typis vulgatam eſſe. Vereri autem, ne, qvod ſæpe fieri ſolet, æmulorum fraude, qvi editionem ſuam dolosè imitentur, ſperato diuturni laboris ac impendij ſui fructu deſtituatur. Eaq; de cauſa ſuppliciter nos rogarit, ut ipſius hac in re indemnitati privilegio noſtro Cæſareo clementer conſulere dignaremur. Nos huiusmodi precibus, ut quæ æqvitate nitantur, benignè annuendum duxerimus, uti vigore præſentium annuimus. Ac proinde omnibus ac ſingulis Typographis, Bibliopolis, & alijs qvibuscunq; librariam negotiationem exercentibus ſeriò inhibemus & vetamus, ne qvis prænominatos libros vel alios Arabico idiomate à prædicto PETRO KIRSTENIO in lucem editos vel edendos, per viginti annorum ſpatium à prima editionis die computandum, intra Sacri Imperij, Regnorumq; et Dominiorum noſtrorum hæreditariorum fines, ſimili aut alio qvovis typo vel forma, ſive in toto ſive in parte, recudere, aut alio recudendos dare, vel alibi etiam impreſſos adducere, vendere, aut diſtrahere, clam vel palam, citra voluntatem et conſenſum prædicti PETRI KIRSTENII eiusve hæredũ præſumat. Si qvis verò ſecus faciendo Privilegium hoc noſtrum Cæſareum ſpernere, negligere, aut transgredi auſus fuerit, eum non ſolùm hujusmodi libris perperam qvippe recuſis & adductis, (qvos qvidem ante dictus PETRUS KIRSTENIUS ipſiusve hæredes, ubicunq; deprehenſos, ſive propria auctoritate, vel magiſtratus loci iſtius auxilio ſibi vindicare poterunt.) de facto privandum, ſed et pœna inſuper Viginti marcharum auri puri fiſco noſtro Cæſareo fraudis vindici, & ſœpe dicti PETRI KIRSTENII hæredumve ipſius uſibus, ex æqvo pendenda decernimus, omni ſpe veniæ ſublata, plectendum. Dummodo tamen iſtiusmodi libri nihil in ſe ſcandaloſum, aut orthodoxæ religioni Catholicæ, Sacriq; Romani Imperij conſtitutionibus adverſum, vel bonis moribus contrarium, ſive in præfatione ſive in textu, ſeu alias qvocunq; modo contineant, Et jam dictus PETRUS KIRSTENIUS terna ad minus ſingulorum operum exempla proprijs ſuis ſumptibus qvàm primùm ad Cancellariam noſtram Imperialem transmittere teneatur, qvatenus Privilegio hoc noſtro uti voluerit,

Mandamus ergo univerſis noſtris ac Sacri Romani Imperij, Regnorumq;, et Dominiorum noſtrorum hæreditariorium ſubditis, cujuscunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis ac præeminentiæ exiſtant, tam Eccleſiaſticis qvàm ſecularibus, præſertim verò ijs qvi in Magiſtratu conſtituti, vel proprio vel ſuperiorum ſuorum nomine & loco juris ac juſtitiæ adminiſtrationem exercent, ne qvenqvam Privilegium hoc noſtrum Cæſareum temerè, & impunè transgredi aut violare patiantur, qvin potiùs contumaces, ſi qvos compererint, præſcripta pœna plecti, alijsq; idoneis modis coerceri curent, qvatenus & ipſi eandem mulctam evitare maluerint. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri Cæſarei impreſſione munitarum. Datum in arce noſtra Regia Pragæ die 6. Octobris, Anno 1608.

RUDOLPHUS

Ad mandatum S. Cæſareæ M^tis proprium

LEOPOLDUS à STRALENDORFF. JO. BARVITIUS.


PETRI KIRSTENI,
VRATISL. PHIL. ET
MED. D.
VITÆ EVAN-
GELISTARUM
QVATUOR:
Nunc primùm, ex antiquiſsimo codice
MSS°. Arabico Caſario, eruta.
AD
RUDOLPHUM. II.
IMPERATOREM.
CVM PRIVILEGIO.
BRESLÆ,
Typis Arabicis ac ſumptibus Authoris,
anno MeDICI VerI.
NAPOLI


الله
IDEST
IBER SECUN
e Canone Canonis à fili
SINA
Studio sumptibus ac typis Arabicis
PETRI KIRSTENI PH. & M. D. Vrat
quà potuit fieri fide, ex Asiatico & Africano Exem
plari MSS. Cæs. Arabicè per partes editus, & ad verbum
in latin: translat. notisq. textum concementib. illustra
BRE SLÆ
Cum Priuil io ad. 20. annos
Cl. Gal
Hippocrates